

brosius venerabilis abbas monasterii sancte Marie de Milo, fidelis noster, ad maiestatem nostram accedens, privilegium quoddam^a comitis Rogerii bone memorie predecessoris nostri, ipsius monasterii fundatoris, litteris grecis scriptum^b nobis humiliter presentavit, supplicans devote^c, — quia privilegium ipsum iam incipiebat vetustari, — quatinus illud tenore suo innovare et perpetuo^d confirmare de nostra gratia dignaremur. Eius continentia de greco in latinum translata fideliter talis erat: *Es folgt eine Urkunde Rogers, deren Text bei Pirro, Sic. sacra II, 1025 vorliegt.* Nos igitur dicti comitis, predecessoris nostri, vestigiis inherentes, illius ex intuitu, per quem vivimus videlicet et regnamus^e, ob reverentiam gloriose virginis, in cuius honorem monasterium ipsum nobis constat esse fundatum, ad religionis conversationem^f in eodem monasterio devote domino famulantium^g benigne habendo respectum, pro salute quoque nostra et remedio animarum dicti comitis et feliciū regum^h Sicilie, predecessorum nostrorum, supradictum privilegium de greco in latinum translatum, de verbo ad verbum transumptumⁱ benigne renovantes, quemadmodum ipso privilegio temporibus^k feliciū regum^l predecessorum nostrorum usi sunt, dicto Ambrosio, venerabili abbati^m, eiusque deditoⁿ dicte matri Marie^o monasterio^p presenti videlicet privilegio^q consueta gratia nostra et in perpetuum confirmamus. Ad cuius rei memoriam et robur^r in perpetuum valiturum presens scriptum fieri iussimus, mandantes nostro sigillo muniri. Anno, mense et indictione^s subscriptis.

Datum apud Catanam anno dominice incarnationis 1220 tertio, mense^t Novembris, 12. indictione, imperii domini nostri Federici dei gratia illustrissimi Romanorum imperatoris semper augusti et gloriosissimi regis Sicilie anno 4, regni vero Sicilie 26, feliciter, amen.

P. Kehr aus dem Codex der Communalbibliothek zu Palermo Qq. F. 71².

a) *condam.* b) Fehlt. c) *supplicationem humiliter devote.*
d) *illud nētro suo inornate perpetuo.* e) *rogamus.* f) *religiones et sunt in.*
g) *devolute domini familiarum.* h) *regni.* i) *transuntatum.* k) *pribus.*
l) *erga.* m) *usi* — *abbati* von mir ergänzt. n) *deditum.* o) *nostre.*
p) *monasterium.* q) *libere.* r) *adhuc.* s) *et ind.* fehlt. t) *mensis.*

1) Mili, südlich von Messina, altes Basilianerkloster, nicht Milazzo, wie Winkelmann, Acta imp. I, 833 vermuthete. 2) N. A. XXIV, 186 N. 3 hatte ich schon auf die Urkunde hingewiesen, aber sie war allzu schlecht geschrieben; ich mochte mich nicht daran wagen. So kann ich dem Göttinger Gelehrten, der ein ebenso opferbereiter Freund, wie hervorragender Paläograph ist, nicht genug danken.